

Anhang

Objekttyp: **Appendix**

Zeitschrift: **Mitteilungen der Antiquarischen Gesellschaft in Zürich**

Band (Jahr): **42 (1962-1964)**

Heft 2

PDF erstellt am: **20.09.2024**

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

Anhang

Fortunat Sprecher an Scioppius

22. 11. 1632
(BML cod. 219, fol. 114r.-v.)

Perillustris Comes, Domine mihi plurimum colende.

Gratulor ex animo afflictæ nostræ et fere in agone constitutæ communi patriæ Germaniæ, quod adhuc grati aliqui filij extent, qui fidâ antipelargiâ matrem refocillare desiderent. Et reverâ si quod salutare remedium honestum et utile unquam productum videtur, Accusatio illa contra Jesuitas (non de omnibus cum Auctore loquor, sed tantum de imperativis et sanguinarijs illis sermo est) palmam prae omnibus fert.

Sed quid inaudivi in Helvetia, unde modo redeo, et Catholici et Protestantes te Auctorem produnt, negavi, nam mihi exemplar à præcipui Principis unius Protestantis intimo consiliario missam fuisse, asserui, qui auctorem se scire dicit, sed eum purpuram gerere, affirmat; utut sit, opus mox veste Gallicâ et Italicâ in scenam prodibit.

De virtutibus tuis nolo instituere encomium; nam eâ ratione amicitiae vinculum, quod mecum contrahere dignaris, violare et dissolvere viderer. Multa de te ex Philippo Cluverio et Luca Holsteinio, quem utrunque anno 1618 Mediolani humaniter tractasti, audivi; perillustres Alex.^r Striggius et Troianus Viscardus Cancellarij serenissimorum ducum Mantuæ fidem etiam mihi plenam fecere, et quanti virtutem et candorem tuum ser.^{mus} Ferdinandus Mantuanus fecerit, vix verbis exprimere potuerunt. Notissimum mihi etiam fuit, te honore consiliarij Imp. Regg. Hispaniarum et defuncti ser.^{mi} Leopoldi condecoratum fuisse.

Coronam autem omni operi dabis, si fundi calamitatem Germaniæ nostræ avertere posses. Petis assecas: sed quid homines literarij contra hos, à quorum insidijs non coronati, non loricati tuti? Henricus quartus Gallorum Rex, cum dissuaderetur et à Catholicis et à Protestantibus ne Jesuitas turbare auctores revocaret, respondit: Messieurs asseurez moy ma vie. Prudentissimo senatui Veneto quas non turbas à proscriptione excitavere? Itaque tandem syncretismum nasci contra eos puto, ut Templariorum et Humiliatorum socij futuri sint.

Sed hoc homines turbulenti et bellicosi minime expetunt, nam in salutem eorum pocula levant: Bhütt unß Gott die Jesuiter, so werdt der Krieg wyter.

Ago interim gratias Ill.^{mo} et Rev.^{mo} Antisti Vingartensi hospiti tuo pro amica invitatione; habet et ipse duos patres omnibus bonis famâ notissimos, Rev.^{um} admodum et Ill.^{em} Decanum Constantiensem et nostræ Cathedralis Canonicum atque consultiss.^m iudicem provincialem Rankvillensem. Et tibi me aeternum devinctum profiteor, quod mecum consilia de juvanda communi patria communicare desideras. Et scito, quod uti quondam singulari ardore flagitavi videre et alloqui tria lumina Jo. Scaligerum, Justum Lipsium et Isaacum Casaubonum votique compos factus fui, itaque his temporibus te, Hugonem Grotium et Claudium Salmasium, quem utrunque anno præterito Parisijs invisi, compellare debitâ reverentiâ aveo. Faxit Deus, ut felicibus avibus semel Fabariae aut hic Curiae, ubi ab omnibus honeste et decenter excipieris, fieri posset; quia his temporibus mihi diu abesse non licet.

D. Gulerus singulari voluptate tuam verè heroicam et animo Germanico condignam epistolam legit; sua officia tibi offert et salutat.

Vale, vir perill.^{ris} et præstantissime, et tibi à me omnia communia officia et servicia in sublevanda patria, tuaque fama tuenda, audacter et fidenter sponde.

Raptim Curiae Rhaetorum die 22. Novembris 1632, Stylo Gregoriano. Tuæ Praest.^{tiae} observantissimus et addictissimus Fortunatus Sprecherus.

Annexus ad D. Maria Angelum de Fano S.^{cti} Benedicti scribo, quas oro curare digneris.

Fortunat Sprecher an Scioppius

17. 8. 1633

(BML cod. 219, fol. 112r.-v.)

Salve tu quoque vir praestantissime. Gratissimae tuae fuere a. d. 9. mensis huius, ad me exaratae literae, eas statim cum Indice Caranziano legendas dedi Gulero seniori, qui nec epistolam nec Rubricam è manu ponere voluit, donec utrumque avida lectione devorasset.

Gaudemus ubique terrarum et gentium viros pios, bonarum literarum et tranquillitatis publicae Christianae amantes inveniri, qui perturbatoribus optandae communis pacis et osoribus conjunctionis humanae societatis Christianae se fortiter etiam opponunt.

Laetamur ex hoc numero R.^m D. Roalem esse, qui mihi de optima fama et nota dudum à Germanis, qui Salamanticae et Compluti fuere, commendatus, in veneratione fuit. Ipsi humillima mea officia et studia defero, et propter reverentiam muneris, quod obit, dignitatemque quam sustinet, modò ad eum scribere non sum ausus.

Caranza etiam bonis ac doctis plurimis in opere suo De partu legitimo satisfecit, sed hoc etiam asserere possum, Petavium non nudum Grammatistam Latinum, sed etiam in humanioribus (Theologica non attingo) literis excultum, immo Graecae linguae gnarum esse, nam eum ante aliquot annos, Aurelijs Galliarum in patria ipsius disserentem audivi. Utut sit, si Petavius et Salmasius Contribules (ut eos vocat Caranza) de Pallio Tertulliani uti re certa non togatè tantum sed sago ramati ferè decertarunt; cur non Caranza et Petavius de Tempore, in quo sumus, et quid sit ignoramus, contendere potuerunt? Proponat sibi tamen Caranza exemplum agnati Bartholomaei Archiepiscopi Toletani, qui ipsissima fuit probitas, et Reipublicae Literariae plurimum (inter alia excellenti opere summario conciliorum) profuit, Temporibus, cum Auctores calamitatis Christianae, nondum hoc in pretio in aulis Monarcharum fuere. Certe D. Gulerus Senior (qui te uti filii valere semper optant) et ego de personae tuae securitate et salvo reddito, admodum solliciti sumus; libera enim tibi lingua et pluma, nec ubique fortassis in Italia Roales *Σύνεργός* inveneris. Amicus quidam communis hos versiculos incomptos tibi memorandos putat:

Desine Iesuitae verbis perstringere mores,

Qui libertatem reprimet arte tuam.

Benè itaque feceris, rebus tuis compositis, remigrare ad liberae Germaniae lates.

Indicem autem Caranzianum Genevam heri, ad amicos (in quorum numero Jacobus Gothofredus Archigrammateus eius urbis) R.^{mo} D. Roali et tibi, si non ex alijs ex opere conjecturati de suburbicarijs regionibus et ecclesijs, tamen notus) misi, et ut cum Bibliopola, qui opus de Partu legitimo typis descripsit, agant, serio commisi, expecto responsum, quod deinde R.^{mo} D. Roali vel tibi, bona fide communicabo, puto non defuturos etiam in Germania typographos, qui avidè suis cudere praelis hoc opus exciperent. Curiosa enim materia et altissimae indaginis est.

Inspexi diligenter Catalogum nundinarum Francofurtensium vernalium anni praesenti 1633 propter Specula Comburentia; non inveni; sed memini, me legere in catalogo praeterito autumnali aut alio antecedente, Auctorem; scripsi Francofurtum et Basileam, en librum habebimus.

Vale diutissime cum Rev.^{mo} D. Roali, meque tui perpetuo observantissimum amare perge.

Fortunatus Sprecherus.

Raptim Curiae Rhaetorum à. d. 17. Augusti 1633.

Adresse: Al' Ill.^{mo} Sig.^r mio oss.^{mo} il Sig.^r Conte Gaspar Scioppio de Chiaravalle. In sua assenza al Rev.^{mo} D. Francisco Roales, Maestro dell' Scr.^{mo} Cardenal Infante, appresso il Bridellio libraro all' insegna della Gatta. Milano.

Sultan Jahja an die Eidgenossen

Turin, 8. 4. 1634

(StAZ: C IV 9, 3)

Sultanus Jachia Dei gratia legitimus Romanorum in oriente imperator, Christi causa exul, praepotentibus Helvetiae rebuspublicis foederatis, amicis nostris dilectis, salutem et gratiam nostram imperialem. Magnifici et praepotentes domini, amici dilecti. Cum iam Deus optimus

maximus in cuius manu sunt corda regum eam diversis principibus christianis mentem dederit ut nobis armorum virorumque consociatione auxilio esse velint quo Romanum orientis imperium divino humanoque iure nobis debitum recuperare et impiam Mahometi sectam ex eo profligare prorsusque perimere et circiter sexaginta animarum in Christi servatoris nomine baptizatarum milliones ex dira et immani Turcarum servitute in libertatem vindicare possimus, visum nobis est ad vos legare illustrem virum nobis et imperio nostro fidelem dilectum Gasparem Scioppium Clarae Vallis et Gonni comitem, ut eorum quae circa nos adhuc acta sunt porroque instant certiores vos faciat ac vobis et civibus popularibusque vestris occasionem offerat in tam sanctae et gloriosae adversus communem christiani nominis hostem expeditionis consortium veniendi. Non minus autem vobis declarabit qua voluntatis propensione erga omnes liberas respublikas christianas affecti sumus, quantoque praecipue opere vestram libertatem virtute partam eiusque perpetuam conservationem cordi habeamus. Ei ergo tamquam oratori nostro omnem a vobis fidem haberi cupimus sicut etiam de vestra humanitate nobis pollicemur facturos vos ut quam diu ille nostro ac reipublicae nomine apud vos commorandum sibi duxerit omni hospitalitatis et benevolentiae officio eum prosequamini. Hoc pacto cum quod probitatis ac virtutis vestrae fama dignum est feceritis tum vobis ac vestris ad omne gratiae et officii genus nos obligabitis qui numquam commitemus ut ulla nobis effluat occasio parem nostri studiosis voluntatem reddendi quod harum tabularum fide vobis recipimus quibus et manu nostra nomen nostrum subscribendum et imperiale signum subter imprimendum duximus. Taurini a. d. VIII aprilis anno salutis per Christum reparatae MDCXXXIV.

Sultan Jachia Ottomanno.

De mandato serenissimi Sultani Honoratus Tirantus

Vgl. StAZ: A 221, Nr. 79: „Vidimus H. Caspars Scioppii Credentzes vom Sultano Jachia, deß geweßnen Türkischen Keysers Mahumetis III. Sohns, an ein gantze lobl. Eidtgnoschafft. Wir Burgermeister und Rath der Statt Zürich thünd khundt hiemit, daß das Original Credentz von Perment ohnverseert mit anhandem Sigel von rootem Wachß, in einer stürtzenen Capsul, davon hieob verzeichnete Abschrift, welliche man durch die beschechne collation demselben durchuß glychlutend befunden, gemacht, durch den Herren Abgesandten Scioppium by unß als vordristem Ort loblicher Eidtgnoschafft ist abgelegt worden, in unserer Cantzley ufzûbehalten. Und wyl dan wolermelter Herr Abgesandter desselben ein glaubhafft Vidimus begehrt, als habend wir ihme gegenwürtiges, mit unser Statt Secret Insigel beurkhundet, deme unßerwegen nit weniger als gedachtem Original selber vollkommen Glouben gegeben werden mag, zûstellen laßen, und ihne züglych unßeren gethrüwen lieben Eidtgnossen der anderen loblichen Orten, uff welliche syn Commission sich ouch erstreckt, in derselben hiemit zum besten gebürlich re-commandieren wollen. Beschechen den achten Decembris, von der Geburt Christi gezalt sechß-zehenhundert drißig und vier Jare.“

In den sonderbar verschlungenen Figuren links von der Unterschrift hat man zu Unrecht türkische Buchstaben vermuten wollen; es handelt sich dabei vielmehr um ein sogenanntes *μονοκορονδύλον*, das heißt um ein monogrammartiges Beglaubigungszeichen, wie es etwa von griechischen Priestern häufig verwendet wurde; hier steht es vielleicht für den Namen Alexandros, den sich Jahja 1615 auf Bitten der Balkanchristen, wohl in Erinnerung an Alexander den Großen, beigelegt hatte (vgl. Abb. 4).

Sein Siegel beschreibt Jahja selbst folgendermaßen: „Il maggiore de quali“ (er muß sich daneben noch eines kleineren Siegels bedient haben) „contiene l’arme, cioè l’aquila con due teste, con la corona imperiale fra le due teste, con il mondo nel petto dell’aquila, con tre candele che significano le tre Religioni, cioè 1. Mosaica, 2. Christiana, 3. Mahomettana, delle quali i Mussulmani tengono la terza accesa candela, et io per esser Christiano faccio quella di mezzo accesa e le due laterali estinte, con lettere in giro che dicono ‚Sultanus Jacchia Ottomanus‘“ (Catualdi 569).

Amüsant ist es, damit die Schilderung des Siegels durch Stadtschreiber Waser zu vergleichen: „Deß Jachiae Sigel in einer stürtzinen Capsul war: zwo Bischoffs Kappen, daruff eine kleine Welt-Kugel, ein Adler mit zweyen Köpfen und in einem Rundel drey Pfeil, auch undenhar ein

Hündlein, jeder Adlerskopff mit einer Kron, sambt diser Umbschrift: SULTAN. IACHIA. D. G. DIRECTUS. PRINCEPS. OTOMANICUS, das ist Sultanus Jachia von Gottes Gnaden rechtmäßiger Fürst deß Otomanischen Reichs“ (ZBZ: Ms. A 7c).

Job. Guler an Scioppius

9. 11. 1634
(BML cod. 219, fol. 69r.)

S. Humanissimae literae D(ominationis) T(uae), Comes nobilissime, unâ cum opusculis, a reverendo doctissimoque viro P. Romano mihi redditis, duplici nomine mihi fuere gratissimae. Nam et desyderium D. T. quod per discessum suum igens nobis illa reliquit, nonnihil lenierunt, et me podagrico pede claudum pristina valetudini restituerunt. Ô mirificam Scioppij medelam, qua et animi et corporis morbos, momento curare potest! Video D. T. in dies magis magisque fervere in promovenda Christi fidelium à Turcica tyrannide liberatione: quod singulari D. T. pietati ascribendum est: quae ubique terrarum summe celebratur: nullus est veré Christianus, qui non cum ea faciat. Equidem hac in re calcaribus non egeo, qui totus in hoc sum, ut negotium tam pium tam sanctum summo conatu promoveatur. Verum quo ad Rhaetiam exiguam concipio spem; non quod voluntas, eaque optima, desit, sed quod vires hoc tempore deficient. Seditiones enim praeteritae, et bella jam diu continuata opes nostras non solum attenuarunt, sed fere penitus exhausserunt. Non deerunt tamen aliquot viri boni, qui pro tenuitate fortunarum suarum officium facient. Literae, ad P. Raphaëlem Crovatum Minoritam datae, satis testantur, non solum quàm misera hodie sit Christianorum in illis partibus conditio, sed etiam quàm optata sese offerat rei bene gerendae occasio: quae nullo modo videtur esse negligenda: iudicium Lustrerij hac in re mihi valdè probatur: D. T. pro singulari prudentia sua, aut illam, aut aliam inibit viam, qua tot innocentium animarum saluti primo quoque tempore consulatur. Literas jam dictas, cum ijs quae ad Sabaudum, statim atque praesente P. Romano legi, eidem ad te remittendas tradidi. Gaudfridi Paganini Monodi, ac Thesauri diatribas, cum D. Sprechero communicatas, hisce adjunctas D. T. accipiet: Scorpiaci exemplar, ubi à D. Jenatio, qui illud, antequam redditum mihi sit, legendum sibi sumpsit, accepero, subsequetur. De reliquis libellis gratias ago quàm maximas: usum eorum in scholas nostras introducendum studiosè curabo, summo juventutis nostrae bono: quae nomen D. T. aeternum celebrabit, quod et ego, dum spiritus hos regit artus, constanter amandum et colendum mihi sumpsi. Nobilissimo juveni D. Fabricio Pusterlae, omnium qui vivunt, per D. T. faelicissimo, multam ex me salutem. Curiae ad d. 9 Novembris 1634. D. T. addictissimus Jo. Gulerus.

Adresse: Generosissimo Domino, D. Gasparo Scioppio, Clarae Vallis Comiti, illustrissimo et christianissimo Principi ac Domino D. Jachiae Ottomano, Imperialis Turcarum Coronae legitimo haeredi à Consilijs secretioribus, ejusdemque ad inclytam Helvetiorum gentem Oratori, Domino et amico aeternum colendo. Ragatium.

Job. Guler an Abt Jodocus Hoeslin von Pfäfers

9. 11. 1634
(BML cod. 219, fol. 67)

Reverendissime et illustrissime Princeps, Domine et Patrone cum primis colende. Principem minimo clientulo suo, ad omnia vel ad necem usque, sibi obstricto de quavis infima officij praestiti parte, gratias agere, inditium est animi summa clementia et benignitate praediti. Nam quis ego sum, aut quid praestiti, ad quod non mille modis obligatus fuerim? C(elsitudo) autem T(ua)

tenuissima quoque mea, gratiae apponit. Inter reliquas summo Praesule dignissimas dotes, Deus et hanc in C. T. elucescere voluit, ut ea muneris omnibus esset absoluta. Is, qui C. T. ad hoc fastigium dignitatis simul et perfectionis erexit, ei perpetua benedictione adesse velit, ad nominis sui gloriam et gregis, cui praeest, utilitatem, omniumque, quibus illa innotuit, consolationem: quoque in numero, nomen et ego profiteor meum, qui inter summa Numinis beneficia et illud colloco, quod C. T. Patronum mihi conciliarit: Is eam nobis quam diutissime salvam et incolumem conservet: ad quod non parum conducet clarissimus noster Scioppius; qui iucundissima simulque fructuosissima conversatione sua vel semimortuum erigere posset. Ingenue fateor, nondum umquam mortalium mihi obtigisse, in quo aequae acquieverim. Memini quae C. T. antehac de illo ad me scripserit: reapse expertus sum orbem Christianum parem non alere. Ô terque quaterque beatos, qui usu et consuetudine ipsius frui possunt. Si quid is de me apud C. T. praedicavit, id purae humanitati ipsius et benevolentiae ascribendum esse sciat: tenuitas virium mearum obfuit, quominus beneficiis ipsius respondere potuerim; quae multa et magna fuere: Numquam ad illum accessi, quin melior et doctior ab illo discederem quod omnibus ijs usu venit, qui ipsius praesentia utuntur: de hac eadem felicitate C. T. ex animo gratulor meque ad perpetuam eius observantiam devotissimum ad quavis officia alacriter praestanda, ita ut teneor, totum offero.

Curiae ad d. 9. Novembris 1634. C. T. obsequentissimus cliens J. Gulerus.

Adresse: Rev.^o et ill.^o Principi ac Dno., Dno. Iodoco, religiosissimi et antiquissimi Monasterii Deiparae Virginis S. Mariae ad Fabarias in Helvetia Abbati dig.^o

Zusatz von Schoppes Hand: Equitis et Tribuni militaris Johannis Guleri Rhaeti de Scioppio iudicium.

Job. Guler an Scioppius

12./2. 12. 1634
(BML cod. 219, fol. 70)

S. Benignissimas Ser.^{mi} Sultani ad me literas, unâ cum iucundissimis tuis, Ill.^{me} Comes, à Nigro nostro heri sub noctem accepi; earum, quae a Sultano, exemplar, hisce, uti petis, adjungo, testes nempe abundantissimi amoris in me tui: qui tam insignem Principis eminentissimi gratiam, commendatione tua, mihi conciliasti. Quamquam autem nullam laudum earum partem, quae à te profertae, ibidem mihi tribuuntur, in me, homuncione Alpino, agnoscam: maximae tamen voluptati (ut ingenue quod res est, fatear) mihi fuit, à te, viro laudatissimo, laudari. Quod reliquum est, etiam atque etiam te rogo, ut hanc Principis in me clementiam conservatam mihi velis: ad quod haud parum conducet, si, quae tua humanitas est, pro ea, quam de Principis genio tenes, notitiâ, mihi praescribes, in quam sententiam, quo modo, quâque inscriptione ad tam inexpectatam benignitatem sit respondendum, ne per errorem aliquid excidat, quod minus gratum sit.

Tigurum denuo scripsi diligenter, de rebus ijs, quae circa editionem Fati Turcici, et librorum in Esavitas fieri voluisti. Institutum tuum in partes plures carpendi Anatomia librum valde approbo, ubi inscriptiones mutatae fuerint. Sic enim idem quod cupis, per diversa obtinebis.

Scorpiacum tuum perlegi dudum, ac P. Romano reddidi: is inde D. Jenacio, quem de chyrographo commonui: Jenacius filio meo Jo. Petro; qui brevi restituit.

In ijs, quae de Germania scribis, tecum facio. Res enim attritae pacem tandem suadebunt: qua generosissimis Sultani conatibus nihil magis ex usu accidere posset. Vale saeculorum lumen, meque id quod facis, mutue amare perge. Jenacius et filius meus, atque adeo tuus, Joh. Petrus, officiosissimam salutem tibi adscriptam volunt.

Curia ad d. 12/2 Dec. 1634.

Ill.^{mae} dign. T. observantiss. Joannes Gulerus.

Adresse: Ill.^{mo} Clarae Vallis Comiti, Dno. Gasparo Scioppio, Ser.^{mi} Sultani Jachiae, Christiani Ottomanici sanguinis Principis Consiliario intimo et Oratori ad fortissimam Helvetiorum gentem, Dno. et amico observandissimo, Tigurum.

Job. Guler an Scioppius

2. I. 1635

(BML cod. 219, fol. 258 r.-v.)

Hochwolgeborner gnediger Herr. Nicht allein auß E. Gn. Schreiben, sondern auch in der That selbstn erscheint sich, das sie niemalen ablest, die hohen Gaaben, so ihren Gott verlichen, an allen Enden und Ortten, wo sie sich befindet, nutzlich, loblich und wol anzûwenden: wie dann höchst rûmlich ist, das sie sich eûßerstes Fleißes dahin bearbeitet, das Friede, Rûhe und Einigkheit in einer loblichen Eydtgnoschafft fortpflantzet werde, durch Hinnemmung deßsen, so Widerwillen ursachen und fort treiben möchte: zû welchem E. Gn. nit allein mit ernstlichen mundtlichen Ermahnungen, sondern auch mit schryfftlichen hochansechlichen Tractätlinen, nicht ohne sondern Nachtruck wûrcklichen operieren, mit höchstem ihrem Lob und ersprießlicher Wolfahrt deß allgemeinen Wäsens. Es wollen E. Gn. also fortfahren; Gott wirdt alles sägnen und ihre Threüw reichlichen belohnen.

Wann zû Zürich in der Censur und Truckerei E. Gn. hochgelopte Bûchlinen es sich stoßen wolte, können sie sich der Baslerischen Truckereien (da die Pest gar nahend außgelöst sein soll) behelffen: wie ich dann mit sonderem Bedauern vernemmen müß, das under dem Schein der Religion (die doch bei denen Leüthen, die khein christliche Liebe haben, gar schlecht ist) ettliche unrüwige Geister, die ihren unordenlichen Affecten den Zaum laßen, sich understehn E. Gn. wegen zûvor außgangnen theologischen Bûchern bei der gmeinen Burgerschafft verdächtigt zû machen, damit alles mit eûßerstem Rigor examiniert werde. Ob nun wol die Verstendigen sich sölches nicht laßen irren, so sind doch jeder Zeit mehr der Unverstendigen, die durch böse Zungen leichtlich mögen verführt werden: darab sich E. Gn. nit wollen ergeren und die Rechnung machen, Miserrimam esse Fortunam, quae caret invidia, und wann der Truck diser Enden sich saumen wolte, sölchen anderstwo procurieren.

Im hohen Werck deß Sultans, weilen die Herren der loblichen Statt Zürich sich auf ein allgemeine Versamblung referieren, wurde velleicht nicht übel than sein, E. Gn. erschienen sich vor derselbigen persönlich; zû welchem, wo nit ehender, Glägenheit gäben möchte die Ankunfft deß neüwen französischen Herren Ambasadorn gen Solothurn: welche zû End diß Monats Januarij sich zûtragen soll.

Anlangend das Kriegswäsen im Teütschland, da es (leider, Gott erbarms) auf das kläglichist zûgeht, haben wir alle Ursach, Gott mit einbrünstigem Gebätt anzûruffen, das er sich unser erbarmen und mit dem wârden erwünschten Frieden begnaden wolle. Es ist alles verderbt, khein beständige Kriegsdisciplin ist nit zû verhoffen, und kan den Sachen in kheinen andren Weg geholfen werden, dann durch einen sicheren beständigen Frieden, den der liebe Gott senden wolle und der gantzen Christenheit ein gnadreiches rüwiges Jahr verleihen, insonderheit E. Gn. mit allerlei Sägen cumulieren. Dem J. Fabritio mein Dienst und Grûß. Chur, den 2. Jan. 1635.

Eüwer Gnaden schuldpflichtiger Diener Jo. Guler.

Job. Guler an Scioppius

23./13. Jan. 1635

(BML cod. 219, fol. 265 r.-v.)

Hochwolgeborner gnediger Herr. Eüwer Gnaden zwey Schreyben, das cine vom 6. Jan., das ander vom 10. gedachts Monats, beide auß Rappersweil, sein mir sammenhafft durch Hrn. Nigrum in puncto, als der Bott wider verreisen wollen, wol eingeantwortet worden. Was nun antryfft die Avisen, die E. Gn. vom P. Raphaële auß Italien gehapt, das ist bei mir nichts Newes. Dann grad anfangs, so bald von E. Gn. ich mundtlich vernommen, das ihr hochf. Dht. der H. Sultan sich verlauten laßen, sie wollen die Privilegia Orientalis Ecclesiae inviolata erhalten, hab ich mir den nechsten Gedancken gemacht, sie werden von Rom und was daselbst nahen dependiert, nicht allein khein Abistentz, sondern allerhand heimlichen und offenlichen Oppositionen haben: wie dann sölchs sich schon allbereit anhept zû erzaigen: welchs aber (wie E. Gn. weißlich

vermelden) uns nit allein nit abschrecken, sondern vil mehr antreiben soll, diß so heilig göttlich und gantzem menschlichen Geschlecht so ersprießlich Werck desto eyfriger fortzütreiben. Es kan nichts hochwichtig ohne Schweys und Widerstand verrichtet werden. Es ist nit ohn, den das die englische und niderlendische Hülff diß loblich Vorhaben treffenlich befürdern möchte. Weilen aber E. Gn. auß güttem Grund erachten und auch Hrn. Lustrerij Mainung ist, das mann sich wol vorsehe, das die Spanier und Venediger nit wißen mögen, was distinctè in disem Werck verhandlet werde, so finde ich nit gütt (doch E. Gn. hochweis judicium vorbehalten) das ein lobl. Statt Zürich zû einem Mittel gegen angeregten beiden Ständen gebraucht werde. Dann in Rep. libera, da ein jeder von Standssachen impunè reden mag, kan nichts in der Geheim gehalten werden: so gehn auch die Sachen durch derlei Mittel langsam zû. Dann wo ihren vil zû consultiern haben, gibt es immerdar ietz da, dan dörtnahen Verzüg; und ist sonst die helvetische Nation, in ihren Procedures, wegen ihrer Gravitet nit sonder eilend. Derhalben möchte villeicht nit unthünlich sein, an eines hohen Potentaten Hof, da allerlei negotia concurrirn, und da in eines jeden Action nicht so gnaw inquiriert wirdt, vorhabendes Geschäft zû tractiern: als am königlichen Hof in Franckreich, an welchem sich jeder Zeit englische und niderlendische Gesanten befinden, mit welchem Hr. Lustrerius oder ein anderer aller Nothurfft nach in höchster Heimlichkeit handeln könnte. Der iehnic aber, der sölchs Aßumpt über sich neme, müste nicht allein wol instruiert sein, sondern auch die Dexteritet haben, bei sölchen Gesanten ein ebenmeßigen Eyfer zû erwecken, der sie treibe, bei ihren Principalen ihr eüßerstes zu thûn, da insonderheit die all-gemeine Opinion der Unmöglichkeit den Leüthen wol muß außgenommen werden. Mann ist in kurzem eines hochansechlichen französischen Hrn. Ambaßadorn in der Eydgnoschafft gwertig; mögen E. Gn. Nachtrachtung haben, was Gütts bei und durch denselbigen in einen und den andren Wäg möchte erhalten werden. Sonsten ist mein Sohn Johann Peter gantz gneigt, E. Gn. und dem Geschäft zû dienen, wo er möchte ersprießlich sein, allein iezund hatt er ein Burdi auf den Schultern eines Patrociniij für meine Enckle, vor ettlichen erkiesten Arbitris, das nit ein Geringes antryfft, und dieweil iezund nach unsern Feyrtagen die Procedur wider angehn wirdt, kan er dise wichtige Causam nicht deseriern.

Das E. Gn. sich so sehr bemühen, die werde Einigkheit in einer Eydgnoschafft (als das einige Mittel ihrer Conservation) fortzupflantzen, das ist an E. Gn. wie alle andre ihre Actiones sehr ruhlich; hab den Entwurff ihres hierinnen vorhabenden Tractätleins mit Lust geläsen und warte mit Verlangen, das gantze Werck in Truck zû sehen, sampt ihren übrigen dochdesiderierten Büchern; was zû Zürich kan gefertiget werden, ist gütt das es auf das fürderlichste gescheche, übriges dann zû Basel, da die Glägenheit vil beßer sein wirdet. Ich waiß, das was von E. Gn. harlangt, summo cum applausu wirdt empfangen werden, wie dann allen den iehnicen, die E. Gn. persöhnlich oder auß ihren Schrifften khennen, Zeit und Weil zû lang ist, biß sie mögen ihrer laudatibimarum lucubrationum theilhaftig werden. Dann was kan von E. Gn. harlangen, das nit höchste Perfection habe? weilen sie an Hochgelehrte und langer Erfahrenheit alle die iehnicen, die heütigs tags die Fäder brauchen, sehr weit übertreffen. Gott wölle E. Gn. lange Zeit in gütter Gesundtheit und beharrlichem Wolstand gmeiner Christenheit zû güttem unaufhörlich erhalten, ihren auch, wie dem D. Fabritio Pusterla, diß neüwe eingangne Jahr und unsaglich vil andere darauf folgende gnadreich verleihen. Chur, den 23./13. Jan. 1635.

E. Gn. hochverpflichteter Diener Johann Guler.

Jiirg Jenatsch an Scioppius

17. 2. 1635

(BML cod. 219, fol. 110—111)

Ill.^{mo} S.^r, S.^r et patron colend.^{mo}

Mando un soldato col formaggio d'Aguedina à V. S. Ill.^{ma}; dubito se sara à suo gusto, realmente migliore al presente non si ritrova, se si trattasse di fesco, ne ho al servizio di V. S. Ill.^{ma} à suo piacere.

Ho ricevuto la lista delli errori commessi nella stampa del suo libretto, le rendo infinite gratie. Prego V. S. Ill.^{ma} di conservarmi sempre nella sua buona gratia et credere che la stimo più di

anima vivente, adoro le sue rare qualita, et la pregaro sempre di persistere in quel proposito che l'haveva quando la formo detto suo libretto, che di cedere troppo à quelli che sono fuori del grembo della Chiesa non credo sia la strada di convertirli, anzi di renderli più duri et servirsene come se la Chiesa si trovasse haver errato di dire: quod qui Ecclesiam non habet matrem (Romanam intelligo) non habeat Deum patrem. Si ricordi V. S. Ill.^{ma} di quello dice quel huomo di Dio il mio S. Augustino ep. 152 ad Donatistas: quisquis ab hac Catholica Ecclesia fuerit separatus quantumlibet laudabiliter se vivere existimet, hoc SOLO scelere quod à XPI unitate disjunctus est, non habebit vitam, sed ira Dei manet super eum. Non puotra V. S. Ill.^{ma} meglio far vedere li doni che Dio ha conferito nel suo tabernacolo che quando la fara vedere una bell'opera: che la Chiesa Romana non ha altra consolatione, altra gloria, altro triumpho, altra strada della salute che il solo unigenito figlio di Dio N. S.^{re} Giesu Christo, et che la predicantaria che parla o insegna altrimenti della Chiesa Romana se ne menta. Questo sarà lucernam accendere ut convertantur et videant qui in tenebris ambulant. Sa V. S. Ill.^{ma} quanto ha nociuto Erasmo col medemo stilo di acordare delle casse pro bono pacis che non andavano acordate. Coram Deo et sanctis eius Angelis testor me colere, revereri etiam adorare dona quae contulit in te Sp. sanctus, sed cave — iterum cave ne Ecclesia capiat detrimenta!

La supplico perdonarmi della troppo liberta che uso con lei; Dio conosce il mio cuore che lo faccio spinto dal puro zelo della gloria di Dio et grandezza della Chiesa et Religione Catolica. Ne altro occorendo le baccio di cuore le mani augurandole dal cielo ogni contentezza.

Coira li 17. febraro 1635.

Di V. S. Ill.^{ma} humil.^{mo} et devot.^{mo} s.^{to}re Genatio.

(Nachschrift:) Ho pensato meglio mandar due formaggi: un fresco l'altro vecchio, de quali V. S. Ill.^{ma} prendera quello meglio le piacera, l'altro sara per il Padre Rodolfo, ò come si accomoderanno insieme. La prego ricevere questo minimo segno del mio obbligo.

Job. Guler an Scioppius

20./10. Feb. 1635

(BML cod. 219, fol. 249r.-v.)

Hochwolgeborner Grave, gnediger Herr.

Vor 8 Tagen hatte E. Gn. letztes Schreiben ich beantwortet und den Brieff al solito meinem Tochterman Hauptm. Raanen einverschloßen übersendet. Weilen aber ich anheüt durch ihne schriftlichen Bericht empfangen, das ihme durch Verwahrlosung oder Unthreüw deß Ordinari Bottens nichts zükommen, hab ich nit underlassen wöllen, solchs meines uneingeliferten Schreibens Einhalt gegen E. Gn. zü repetieren. Der war diser: Wie in allem E. Gn. Thün und Laßen, also auch in derselbigen letzten an mich abgangnem Schreiben erscheint sich der große christliche Eyffer, so sie zum Wolstand der allgemeinen Christenheit tragen, und darneben ihr sondere Großmüttigkeit, in Ringachtung aller Difficulteten, die mithin fürfallen und doch endtlich weiter nit gelangen, dan als weit die göttliche Providentz verordnet hatt, deren E. Gn. mit unerschrocknem Heldenmüt sich genügen, und nachdeme sie das ihrig gethon mit frölichem Gwißen Gott lest walten. Es haben E. Gn. unableßlich Nachdencken, wie ihr hochfst. Dht. Herrn Sultano möge Abistentz erworben werden zü Erhaltung deß seinigen, und das auß vilfeltigen hochbeweglichen Ursachen, die auf die Ehr Gottes und seiner Gläubigen Heil lenden. Und weilen zü disem gottseligen Werck under anderem auch die Englische und Niederlendische Hilff sehr ersprißlich geachtet wirdt, bearbeiten sich E. Gn. selbige zü erwerben, und halten, es möchte von Zürich nahen, durch ettliche Privatcorrespondenten, ettwas Fruchtbarlichs effectuiert werden. Wann ich aber sölche Leüth in specie betrachten, so befinde ich sie nit qualificiert, ein söllich hoch Werck zü verrichten. Dann sölche sein eintweders geistlich oder weltlich: die Geistlichen haben ihre Kirchen- und Schüldiensten, die arbeitsam, und sie nit gewohnt, außer denselbigen anderer Negotiationen sich zü underfachen; der Weltlichen sein kheine andere dann Kauffleüth, und deren sehr wenig, die allein auf ihren augenscheinlichen gegenwirtigen Gnuß sehen: so sein sie auch von Engel- und Niederlanden (welche Ortt sie schier niemalen persönlich

visitiern) so sehr abgelägen, das kein gnügsamme Handlung könnte angestellt werden; ihr gemeinsame ist auch gleichfahls mit ihres gleichen Handelsleüthen, die in cose di stato wenig Nachdruck haben. Es schreiben aber E. Gn. sehr weislich, man könnte die Sachen dahin richten, das der Großmeister zu Malta zu einem Haupt in diesem Geschäft aufgeworffen wurde und Hilff hette von obgedachten und andern mehr Orten: wie es sich dan sonst schier ansehen lest, sam der Türck was wider die Malteser tentieren wolte. Weilen dann selbiger Orden gwaltige Cavalieri hatt, hohes Verstands und großes Vermögens, könnte der Großmeister ihren zweyen, die hierzu am tugentlichsten weren, Befehl gäben am französischen Hof, wie auch an andern geistlicher und weltlicher Potentaten Höfen, da es mit Fügen sein könnte, mit den Englischen und Niederländischen und andern, wo Hilff zu verhoffen were, Gesanten diß Geschäft zu tractieren: welchs in höchster Heimlichkeit könnte verrichtet werden, wann der Nation, in deren man negotiert, Ordensherren hiezü braucht wurden, die von E. Gn. Unterrichtung und alle nothwendige Subsidia empfiengen. Dise Leüth werind die allerbesten, die man allenthalben anwenden könnte, und wurden sie auf keinen andern als disen Weg ihrem Orden und dem gemeinen Wesen beßer dienen mögen. Hr. Lustrieri halben ist E. Gn. Güttbedüncken wolfundiert. Aber durch die Maltheserherrn, hielte ich, diß Geschäft könnte am allerbesten fortkommen; doch werden E. Gn., die lang mit disen Dingen umbgangen, die aller bequemisten Mittel zu finden wissen; thue mich ihrer hochweisen Meinung gantzlich underwerffen, hab diß allein auf E. Gn. Verbeßerung einfeltig entwerffen wollen.

E. Gn. Büchlein de Fato Turcico ist zu diesem Werck nit allein sehr nützlich, sondern auch hoch nothwendig, und so es zu Zürich nit mag truckt werden, muß man zu Basel oder anderstwo den Truck procurieren, sampt andern E. Gn. theils außgemachten, theils noch vorhabenden Tractaten, die ihren selbst ewig loblich und dem gemeinen Nutz hochfürderlich sein wurden, mitthinzü auch vil Widerwillens ableinen theten, der auf E. Gn. wegen ihrer züvor außgangnen Büchern (als sie selbs achten) möchte gewachsen sein. Was mir nun von E. Gn. höchst rümlichen Lucubrationen zukommen mag, wirdt mir jederzeit über alle andere Ding sehr angenehm sein; thue mich derselbigen in alter Verthrauwligkheit gantz dienstlich recommandieren, mit Hinzüsetzung Hr. Doctoris Sprecheri und meines Sohns Johansen Peters dienstwilligen Grüßen.

Chur, den 20./10. Febr. 1635. E. Gn. hochverpflichteter Diener Jo. Guler.

Scioppius an Waser

28. Juni 1635

(ZBZ: Ms. L 112, S. 801)

Molt'III.^{re} Sig.^r mio oss.^{mo}

Per degni rispetti ho mutato pensiero et mi sono risoluto di non comparire alla Dieta di Bada, giudicando che basterà se li sig.^{ri} Deputati di cotesta Eccelsa Republica conforme alla loro proferta fanno la relatione di quanto à nome del Sereniss.^o Sultano et de Principi Italiani fù da me proposto. Quello poi che debbo separatamente a parte trattare con li sig.^{ri} Cantoni Evangelici potrà meglio esser negoziato dalli Deputati di questa Repub. di Basilea. V. S. resti servita d'operare che alli sig.^{ri} Deputati si dia ordine di proporre nella Dieta la lettera di credenza del S.^r Sultano insieme con la Propositione scritta, che io sto hora facendo per li nuovi ordini, che mi sono mandati, et la manderò à Bada la settimana che viene. Io penso d'andare à Soloduro per abbocarmi col S.^r Ambasc.^r di Francia. Intanto si comincerà à negoziare con quelli mercanti Olandesi, che li anni passati ad istanza del Principe d'Orange haveano accordato col S.^r Sultano di dargli arme et munitione per 400^m scudi, se hora volessero riattaccare la prattica et entrar in compagnia col Granduca et Gran Maestro di Malta. Al S.^r Hulderico bacio le mani, che reterà servito di mandarmi li miei scritti con il libro di Savoia come l'habbia letto. Ne occorrendomi altro, fò fine con pregar à V. S. il compimento di tutti i suoi desiderij, et con ogni affetto le bacio le mani. Da Basilea agli 28. di Giugno 1635.

Di V. S. m.^{to} Ill.^{re} aff.^{mo} ser.^{re} Gasparo Scioppio.

Adresse: Al molt'III.^{re} sig.^r mio oss.^{mo} il S.^r Giovanni Henrico Vuasero, Secretario dell'Ecc.^a Repub. di Zurigo. Zürich.

Schoppes Petschaft zeigt einen Schild mit drei fast vertikal stehenden Dolchen, deren nach unten gekehrte Spitzen in einer Kugel zusammenlaufen; als Helmzier ein Mannsrumpf mit zwei nach außen gekrümmten Büffelhörnern; rechts davon die Buchstaben G. S. (Gaspar Scioppius), links P. R. (Patricius Romanus); vgl. Mareš 277, Anm.

Theodor Zwinger an Ludwig Lucius

2. Juli 1635
(BML cod. 242, f. 111)

S(alutem) pl(urimam). Reverende et clarissime D(omine) Agnate. Illustris viri D. Caspari Scioppii librum de Fato Imperii Turcici, quem juris publici in Atheneo nostro fieri percipit et urget, percurri, quantum licuit per alia negotia, tanquam *ἔργα* mea. Ac sane tanto *καί λόγῳ καί ἔργῳ* quod ipse ex Scripturae S(acrae) et Prophetarum oraculis, non solum in genere, sed et in specie, (*ἐπιδεικτικῶς* digitum in Sultanum Jachiam, tanquam à Deo indubiè Turcicae Tyrannidis Reformatorem et Expugnatorem destinatum, intendens) conprobari satagit, non hoc tantum pauxillum, quod nos impendere coacti sumus, sed longe majus temporis spatium deberetur. Quia autem praeli postulatur à nobis facultas, dicimus vel eam ob caussam nos impertiri non posse, quod in Libro complura inveniamus, non solum ad particularos Principes et Magistratus, sed et universam Rempub(licam) Christianam pertinentia: scopumque libri animadvertamus, ut, nondum licet sopitis intestinis Imperii bellis, vigentibus atque furentibus horrendis Antichristi occidentalis et Babylonis Romanae contra orthodoxam Christi in Europae partibus hinc inde militantem Ecclesiam persecutionibus, quibus jam inde ab infaustis earum incunabulis Ann. 1619 oleum suffuderint, quibus pax potius Religionis tanquam Germaniae Palladium, quam Classicum bellicum cordi esse debuisset: arma nostra jungamus Sultano ad Orientis Imperium recuperandum et Religionem, in qua educatus est, inibi propagandam. Hincque adeò animadvertimus nos insalutato Magistratu Ampliss(im)o in hujus libri editionem consentire non posse. Itaque, sicut eundem à te mihi transmissum remitto, ita, ut illustrem virum D. Scioppium hujus nostre sententiae certiore facere haud graveris, oro. Vale feliciter. Dabam d. 2. Jul. 1635. Qui te ex animo diligit et colit

Theodorus Zuingerus.

Adresse: Reverendo atque clariss.^o viro, D. Ludovico Lucio, Organi Professori, Agnato plurimum dilecto atque honorando.

Job. Jak. Ulrich an Scioppius

28. Mai 1649
(BML cod. 219, zwischen fol. 202—203 eingeschoben)

Illustrissimo Signor Conte, Padrone mio osservandissimo.

Tengho per curiosità nobilissima che quelli che vanno in Italia veggono et parlano non con statue ma con quei lumi, dove l'immagine del Sovrano vi è sì vivamente espresso. Et sì come io sono sempre l'ammiratore della virtude di Vostra Signoria Ill.^{ma} così fo ch'altri ancora lo siano; questo fara l'accesso al Eccellentiss.^o Sig.^r Croccio Bremese, qual cerca il grado di Medecina nella nobilissima Padoa: et la prego di favorirlo. Il Signor Dottor Hanhardo mi ha fatto relatione del suo ben stare in questa sua bianchezza. Il Cielo la conservi, ricommandandola al Padre de l'Eternità, per molti anni per ben publico, sperando che la pace di Germania fara che le sue opere saranno de prime, quando Marte nemico delle Muse sara bandito, Iddio voglia che siano con lui compreso quelli che l'impediscono entiera. Mi ricommando alla buona gratia di V. S. Ill.^{ma} di V. S. Ill.^{ma} affetionatissimo servo Gio. Giacomo Uldrico.

Zurigo li 28 Maggio 1649.

Adresse: All Illustriss. ed Eccellentiss.^o Sig.^r Conte Giovanni Gasparo Schioppio in Padova, per Sig.^r et Amico.